



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cursus Biennalis Studii Canonici, Sive Succincta Et  
Methodica Sacrorum Canonum Explanatio**

**Engelhard, Johann Martin**

**Moguntiae, 1700**

Titulus XXXIX. De Syndico.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63255](#)

Nec pupillo vel minori, sine auctoritate tutoris vel curatoris. 1. i. Cod. dict. tit. 2. Contineat debet nomen procuratoris. l. 65 ff. de procurat. ut judex cognoscere possit, an constitutus procuratoris officio fungere possit, quod non licet excommunicato, nec minori. cap. 7. de probat. cap. 7. de iudicis. 65 cap. prudentiam de officiis delegat. 3. Exprimi debet nomen partis a iure, contra quam procurator constituitur. l. 6. ff. de procurat. 4. Exprimenda est causa ob quam in iudicio vel motam vel movendam mandatum conceditur. dict. l. 65 ff. de procurat. 5. Interrendum est nomen iudicis, coram quo lis ventilanda erit. cap. 10. de procurat. 6. Equiritur expressio diei & anni. cap. fin. de procurat. 7. Necesaria est insertio clausulae, quod constituens ratum habeat, quidquid procurator egerit. dict. l. 65.

## TITULUS XXXIX.

### De Syndico.

**O**UÆRES. I. Quid sit Syndicus? Respondeat. Est procurator publicus, qui communis universitatis mandato, causas & lites ejusdem administrat. l. i. Et tot. tit. ff. quod cuiusque universitatis qui quidem similis est procuratori, in hoc quod negotia aliena administraret, & non nisi causa cognita mutari aut removeri possit. l. 6. §. fin. ff. b. t. differt autem in eo, quod procurator hominum privatum, Syndicus autem omnium de collegio collectivæ sumptorum causas communes & publicas prosequatur.

equatur. Zoesius n. 3 ff b. t. dicit l. 1. *Differat ab acto, quod is ad unam aliquam causam vel plures nominat in expressas, Syndicus vero ad omnes generaliter constituatur, licet quando ue Syndicus pro actore & e diverso actor pro Syndico sumatur. differt ab administratore, quod hic in administracione pecuniae & aliorum negotiorum, Syndicus vero in litibus prosequendis velletur. Differat ab econome, quod is propriè sit dispensator ecclesie cui rerum ecclesiæ administratio committitur.*

**QUÆRES** 2. Qui nam jus habeant Syndicum constituend. ? Resp. Solæ universitates & collegia l. 1 ff. quod cuiusque universit. nom. Ius tamen constitutio libera non est, sed necessaria: cum enim collegium ipsum nec convenire, nec conveniri in judicio possit. l. sicut s. l. ff. dicit. tit. necessariò debet constituere syndicum, qui ejus causas in judicio prosequatur. Liberum tamen est, vel unum ex collegio, si idoneus in eo reperiatur, vel extraneum muneri huic præficere, quamvis consultius ut monasteriorum syndicatus personis extrareis, constituto ipsis certo salario, committantur, ne religiosi à divinis officiis abstracti, secularibus negotiis, & forensi causarum strepitu involvantur. cap. una b. t.

## TITULUS XL.

De

His quæ vi metusve causâ fiunt.

**QUÆRES** 1. Quid sit vis & quotuplex? Resp. Vis sive violentia definitur, majoris rei impetus, qui repellere non potest. l. 2. ff. quod

L. 5

mcxvi